

Lorenz Bodock

**Andreae Tscherningi[i], Viri & Poëtae Clarissimi Carmen De Auro, Quod h.t.  
Decanus & Brabeuta in panegyri Academica solenni ad D. XIII. Octob.  
instituenda, Quando Viris Reverendis, ac Virtute & Eruditione excellentibus  
summus in Philos. gradus conferendus, Recitate Publice constituerat, Verum  
XXVI. Mens. superioris morte occupatus non praestare quivit, In Dominorum  
Candidatorum gratiam**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418592>

Druck    Freier  Zugang



**Bodock, L.,**

in A. Tscherning.

**Rostoch. 1659.**







# ANDREÆ TSCHERNINGI.

Viri & Poëtæ Clarissimi

CARMEN DE AUBO,

Quod h. t. DECANUS & Brabeuta in panegyri.

Academica solennia ad D. XIII. Octob.

instituenda,

Quando

Viris Reverendis, ac Virtute & Eruditione excellen-  
tibus summis in Philos. gradus conferendus,

Recitare Publicè constituerat,

Verum XXVI. Mens. superioris morte  
occupatus non præstare qvivit,

In Dominorum Candidatorum  
gratiam,

Qribus ex Ampliss. Facultatis placito  
in Presentia,

## DN. LAURENTIUS BODOCK, Ph. J. U. D.

Seren. Duc. & Princip. Meckl. Cons.

digniss. Orat. Prof. Pub. Phil. Facul.

VICE-DECANUS

& Senior,

Lauream Magist. imponet,

typis exscriptum,

&

In ipsa solennitate Actus Promot.

oblatum, consecratumque,

ANNO Serv. c. loc LIX.

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

196.



# CARMEN DE AURO.

**A**n loquar? an sileam potius? sententia nutat.  
Conticuisse nefas, tanto præsentē Senatu,  
Et cantare pudet: nec enim mens pristina nūmīus  
Exequitur pro more suum, cūm nempe Poëta  
Mancipium morbi est, & vivum pāne cadaver.  
Relligio mihi summa tamen, non velle tueri,  
Quas jubet officii ratio sanctissima, partes,  
Quasque Juventutis tot vota, precesque requirunt.  
Quid referam? rerum prolixus panditur ordo:  
Cognatas acies, & saevi crimina belli  
Persequar, aut qua nos vexant incommoda seculi?  
Omne in precipiti vitium stat, & omne periculum.  
Aut ut terrifici sonitus, ignemque Vesperi,  
Et desolatas Campania fleverit urbes?  
Cui non dictus Hylas? quis non his vicis abundat?  
In præsens aliae pertentant pectora curæ.  
Exiguum mihi carmen erit res nobilis, AURUM,  
Quo nihil utilius, totoque potentius Orbe.  
Ut non possideam (sors namque noverca Poëtis)  
Et fatale malum doctorum parvula dos est:  
Suave tamen, versu describere posse metalli  
Nobilioris opes, depurataisque luti vim.  
Huc Pater ò ter sancte adsis! ò suggerere vires!  
Da facilem cursum, timidaque illabere menti.  
Pande Boni caussas, quas fulvum parturit aurum.  
Te sine, nos acti variar, in ambage viarum  
Prætentamus iter, densisque erramus in undis.  
Vosque, Auditores, LINGUIS ANIMISQUE favete.

Principio totum tenebris immerserat orbem,  
Nec sibimet deformis Chaos adeo usque placebat.  
Nullus in orbe decor, non lucidus ignibus aether,  
Non sua fraternis opponens vultibus ora  
Signiferi carpebat iter spectabile, Luna.  
Semina naturæ nox intempesta premebat,  
Nec secreta fuit diffusa à Thetide Vesta.  
Quid numeros, atomosque crepat delira vetustas?  
Cæca stupet Ratio; quæ nil videt antè fuisse,  
Posse negat fieri. Valeant oracula Melissi,  
Cedat Anaxagoras hinc, Democritique furores!  
Tota stupet Natura Deum; licet ipsa potens sit,  
Deficit in nihilo. Stupet Ars, dextramque pudore  
Dānnat victa suam, & defixa obtutibus hæret,  
Una per immensum virtus diffunditur orbem,  
Et variâ mundum distinguit providus arte,  
Et rerum species, certisque elementa figuris  
Dat Genitor, texitque suæ miracula dextræ,  
Omniaque illius conformia legibus ibant,  
Cælum, terra, fretum. Generis primordia nostri  
Cernere erat limum informem. Jam præpete penma  
Deferrit volucres liquidum per inane videres,  
Jam silvis errare feras, pontumque natari  
Piscibus, & vero passim spumescere fluctu.  
Quicquid habet tellus, mare, cælum, quicquid & aether  
Latipatens, opus omne Dei est. Quodcumque videmus,  
Sentimusve Dei est, cui dignas reddere grates  
Non opis est nostræ, centum licet orare referres.

Az

Cerm-

Cernite, quām nullis opus extricabile verbis.  
Terra potens, quos non foetus mortalibus edit,  
Nec longo fecunda parens defloruit usus?  
Horrea si dicas, genuino nomine dicas,  
Horrea Eleusinæ matris, cellaria vita,  
Multiplicisque penum Bacchi, matremque saporum,  
Quorum ne minimam sperem comprehendere partem,  
Sint mihi quantum vis ter mille volumina lingua.  
Quæ non externâ patitur cute florida mater?  
Quando sponte sùa cunctis satis undique votis,  
Quando coacta facit. Sed hoc tolerabile visum est.  
Itur in ima pia recordia matris, ut auri  
Abstrusas scrutemur opes, et risque latebras.  
O quavis ex parte sacrum Genitricis amorem!  
O dignum Vatis! Enusini pectore munus!  
O fortunatos, quibus hic fluit aureus imber!  
Sidera septenis septena præesse fodinis  
Credita. Sub terris Sol igneus educat aurum,  
Argentumque parit terrarum mensura lampas:  
Martius abstrusis ferrum erro meatibus infert,  
Plumbum Saturnus: Saturni maximus haeres  
Progenerat stannum, bona percoquit æra Cytheris,  
Succina Atlantiades. Risum teneatis amici,  
Æmulus Octavi (res abdita!) prodit astri  
Furnus, Et inde fluunt auri duos sape talenta,  
Interdum vel pluratribus, si credere fas est.  
Credat mentis inops, fraudataque sensibus etas,  
Non ego, nec quisquam conspexit ab ignibus aurum.  
Cernere anhelabam, sed vidi non nisi furnum.

Quod terra eruitur, solidum mihi riserit aurum.  
In quantum Lunam formosus Cynthia, aurum  
Exuperat prelio numerosos æris acervos.  
Fulgorem aspicias, aurum venerabile donum  
Concina formosa facit turpissima visu,  
Non secus ac cestus, quem cantavere Poëta.  
Deficiant tabulae, massa est formosior auri,  
Quam quicquid Phidias, aut dextera pinxit Apellis.  
Non sanie esse hominis, non sanus juret Orestes,  
Et Medici ingeminant crispanti nare cachinnos,  
Si quis presumat sine nervis tendere gressum.  
Res eadem bellis; animam motumque dat aurum.  
Nescierit Princeps veram discernere laudem,  
Quisquis opinatur complesse per omnia partes,  
Si quocunque modo, quavis rem fecerit arte:  
Sordidus, ut patriam tueatur equisque virisque,  
Quis conscribendis quadrantem impendere nolit.  
Aurum deficiat, ne quicquam bella movebis.  
Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum,  
Pugna argentatis frameis, atque omnia vinces.  
Quid majestatem sine viribus esse putatis?  
Vis bellum socios, aut fortis Martis alumnos?  
Aurum cuncta dabit. Sit inexpugnabile Castrum,  
Protinus haec omnes cataractas machina pandet,  
Quæ gestans aurum penetrare valebit asellus.  
Tam clausum nihil est, quod non vis occupet auri.  
Oppida sic cepit sua callidus emitor Olynthi,  
Quando Peltæ libertas concidit auro.

Sic consulta Ducum, sic subruuit amula Regum  
Pectora vir Macedo, & numerosas diffidit urbes.  
Aurum per medios comites transire tyranni,  
Et perrumpere amat vel munitissima saxa.  
Fulmina siderea videas discludere turres,  
Disturbare domos, avellere ligna, trabesque,  
Exanimare homines, animantum sternere secla:  
Aurum fulmineo regale potentius ictu.  
Omnia quippe auro divina, humanaque parent:  
Sidera, terra, fretum. Qui nobile spreverit aurum,  
Huic, quo so, Medici, medium pertundite venam.  
Auro templa micant, auroque altaria fulgent,  
Quin etiam Superi flecti creduntur ab auro.  
Auro Romulei redimunt Capitolia Patres:  
Auratis splendent operis palatia Regum,  
Et majestatem solis sublimibus addant.  
Ut face cum rosea pallentes discutit umbras  
Ignipedum frenator equum, ridere videntur  
Omnia: tunc flores, pratorum viva voluptas,  
Ingenio variata suo pro more superbit;  
Cum cadit, aut nitidum caput intra nubila condit,  
Tunc sine honore jacent commixta floribus herba:  
Sic defectu auri vilesunt omnia, pallent  
Omnia; queis vero turgent araria censu,  
Latitiaeque fremunt, cristasque ad sidera tollunt,  
Exultantque homines, & cœli summa videntur  
Tangere vel digitis. At cui non suppetit aurum,  
Spirantes inter demortuis ambulat erro.  
Possideas aurum, multos numerabis amicos,

Scilicet

Scilicet huc omnes tanquam ad vivaria currunt.  
Uxorem cum dote cupis, forma inque requiris,  
Et genus, è magnò semper tollatur acervo.  
Votorum sic compos eris; secus ( accipe mentem )  
Semper habet lites, alternaque iurgia lectus.  
Desperanda salus tibi, deficiente crumenā.  
Quanquam ego maluerim, liceat si vera fateri,  
Ferre Venusinam, quām te Cornelia mater  
Gracchorum, magnis si cum virtutibus adfers  
Grande supercillum, & numeras in dote triumphos.  
Præfectura domūs Siculā crudelior aulā,  
Si, pro auro, in loculis suspendat aranea casses:  
Tunc gravis est uxor, tunc pejor tigride sœvit.  
Si sunt divitiae, pariter tibi protinus adsunt  
Gaudia que plausus, magna que par opside canas.  
Prædia dives aras, & sic ex tempore vivis,  
Adstant, qui gustus elementa per omnia querunt.  
Nunquam animo pretiis obstantibus, & sibi plaudit  
Ipse domi quoties argenti pondera versat.  
Attollitque arces, & culmina montibus aquat  
Tectorum, & vastas protendit in aquora moles.  
Qualis tranquillo qua labitur aquore cymba,  
Cum Zephyris summa crispantur leniter undæ,  
Tuta volat, luditque hilaris per transira juventus.  
Talis vita, cui turgescunt scrinia censu.  
Aurea castorum circumdet spiraglerum,  
Aureus & thorax magnos demittat elenchos,  
Gemmati articuli niteant, sit coccina lana,

Nil

Nil mirum, quin te regem dominumq; salutet, and will  
Deq; via cedat stupefacti inscitia vulgi,  
Quin clamet, quicquid calcaverit hic, rosa fiat!  
Esse genus Divum Tarpeia fulminajuret,  
Et Martis frameam. Sed eò despectior Irus!  
Exceptum risu quam multa oiconia pinst!  
Nemo cibo, nemo hospitio, teclo que levabit.  
Noverit auctores sterilis quoscunque cathedrae  
Tanquam angues, digitosq; suos; superetque Platonem,  
Vincat Aristotelem: sifeda, ♂ scissa lacerna,  
Sitoga sordidula est, si rupta calceus alter  
Pelle patet, nescitq; unctâ vixisse patellâ,  
Materiem præbet risus, segetemque jocorum.  
Mecenas nec erit, nec erit Proculejus asylo.  
Nam didicit dives tantum laudare Catonem,  
Ut pueri Junonis avem, sed dextera friget.  
Ne quicquam digitis transactos computat annos,  
Quos studiis vigil ante dedit: non gratia Musis,  
Nec par ingenio pretium, jucundius aurum.  
Quod qui corrasit, sit quamvis tressis agaso,  
Rex erit, ♂ fortis, sapiens, ♂ regula Recti,  
Et quodcumque volet. Vah, quid non efficis aurum?  
Extremos te propter abit mercator ad Indos,  
Nec dubitat decimis caput objectare periclis.  
Mars tibi bella gerit, flexo tibi poplite verna est  
Cernunt, ipsa tibi Sapientum pulpita latrant:  
Excubias tibi avarus agit: tu Judicis iram  
Compescis, tetricumq; facis ridere tribunal:

Causa-

Causidici stimulos addis, cursoribus alas.  
Nil forte impingam, si te facere omnia dicam.  
Artifices vita medici, cum nausea surgit,  
Prudenter pilulas curant obducier auro.  
Quamvis tollendo non sit satis utile morbo  
Hac ex parte tamen, quod visu suave, salutem  
Promovet agroti sic, ut deglutiat orbes  
Affectumque levet factio medicamine membrum.  
Non hic configo quicquam, nec blandior auro  
Nemo patrem siccus, nemo dimittit amicos  
Stat lacrimans, tristique irrorat pectora fletu.  
Attamen amissi longe majore tumultu  
Planguntur numi quam funera, nemo dolorem  
Fingit in hoc casu, lacrima de pectore manant,  
Non secus ac praesens anima discrimen agatur.  
Tum demum Casar, caliga cuinomen adhæsit,  
Induperatorem sese agnoscisse fatetur,  
Cum pedibus nudis auri calcaret acervos.  
Quantæ delicia! quamque invidiosa voluptas!  
Quid juvet insano nimis indulgere labori,  
Dixeris? aude aliquid: vice cotis fungitur aurum,  
Et facit, ut quemvis valeas perferre laborem.  
Tunc Ise insinuat nova cum virtute potestas  
Ingeniisque vigor inoto velut igne calescit.  
Aurum dat famæ stimulos alimentaque laudum,  
Ingeniisque aliquid secreti Numinis addit.  
Regia materies virtutis organon aurum est.  
Non etenim effossâ furtim deponere terrâ

Conne-

Convenit, *E*cclis timidum dannare tenebris.  
Usus habet laudem: fer opem cui forsitan amico  
Res angusta domi. Quas participavit egestas,  
Semper habebis opes. Si vero fulva Deorum  
Munera deficiant, qui possit edere signis  
Munifici documenta animi, miserumque juvare?  
Canet olus Curius, parvo quod legerat horto:  
Paucis ipse focis brevibus rapa assibus asset,  
Quia nunc in magna fastidit compede foSSor  
Qui callet, calidæ sapiat quid vulva popina:  
Defraudet Genium, dum Samnis dona reportet.  
In mare projiciat Sapiens, per me licet, aurum  
Perpete qui visu pulmonem agitare solebat.  
Quia bona condiderat delata parentibus haeres  
Perdere non dubitavit ut hoc quasi pondere mentis  
Liber liberius studiis incumbere posset.  
Postera mercari didicit prudenter atas:  
Nunc habitat securè aurum, nunc queritur, *E*nne  
Nugas orbis agat, Sapientia venditur auro.  
Nullum numen abest, faveat si Juno Moneta.  
Auro venit honos, auro venalia iura:  
Aurum lex sequitur. Facilem si Judicis urbam  
Qui rectum in curvum, qui nigra in candida vertat  
Poscis, inunge manus, *E*grato munere palpa.  
Voti compos eris. Tunc non edita Draconis,  
Spartanusque rigor prima cen fronte sonabit:  
Sed placidos animis donata pecunia mores  
Suggeret, *E*unctos facilis se fundet in actus,

Sig.

Sit rigidus custos. Jūdex legisque magister,  
Querenda est ratio, quā legem eludere possis  
Quā usq[ue]rī quamvis ḡacutis judicis aurem  
Delimisse queas. Hoc certe munera præstant:  
Sic potes ex facili meliorem reddere cauſam.  
Ad quem ſa[ge]re velut scopulum eſt illis a reorū  
Et proiecit opes immensas naufragia puppis.  
Quod ſi Prætoris, ſi munus Consulis optas:  
Si vis eſſe ſacri pars non poſtrema Senatus  
Aut ſitalarem tunicam, ſegetemque plicarum  
Induere affectas, tibi ſuffragabitur aurum.  
Pomposos ambis titulos & nomina honorum,  
Monstra aurum, referes. Auro ipſum vendere cœlum  
Fulgentesque domos Superū, ſublimia tecta,  
Tetzelides ſolitus, quod qui quis novit ad unguem.  
Vix ſine mu[n]eribus recipit ſua munia lictor,  
Carnificumque genus. Tanta eſt viſ ſcilicet auri,  
Tanta in mu[n]eribus fiducia, tantā potestas!  
Tolleret ē mundo Solem, qui tolleret aurum.  
Arcta mibi res eſt, ſed tanti non ſit opaci  
Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum,  
Ut cuiquam Sophia numis Inſignia vendam.  
Quos decoraturus ſum Phœbi virginē lauru,  
Credite, doctrinā decus & virtute merentur  
Non prece, non pretio: nec caupo vanus honorum  
Eſſe velim, nec vos emtores eſſe velitis.  
Invehitur jam quadrijugo Sapientia curru  
Armorumque inter ſtrepitū ſtruſque tubasque

Tran-

Tranquillum meditamur opus. Jam leta triumphis  
Emicat, ac pleno doctorum Fama theatro  
Prostat ovans, lambitque altum invidiosa cacumen  
Gloria, sudatisque refert sua præmia curis.  
Et vobis pretium Sophiae decrevit alumnis.  
Ergo Viri & juvenes uestras exporgite frontes:  
Cur noceant placido belli solemnia Phœbo?  
Quæsum meritis jam pridem sumite fastum,  
Capitate Aonia jam debita præmia lauros,  
Pegasos currus lati Sophiaeque curules  
Atque triumphalis culmen venerabile sellæ  
Scandite, nos plausum aggredimur conferre triumpho.  
Felix cui tantæ præconia ferre catervæ,  
Et pretium cœlestè datur, cui docta dearum  
Agmina, & Aonia desponent vota Sorores.  
Ipsa quidem virtus pretium sibi nulla moretur  
Judicia, & strepitus vulgi, facilesque susurrus,  
Magnificasque trabes, vanæ nihil indiga laudis,  
Divitiis animosa suis, immotaque casu.  
Hanc tamen invitam pro more procatur, & ultrò  
Ambit honor, quod non exoptat, habere tenetur.  
Alcæacta esto Portæ panduntur honorum,  
Quantumvis patrios circum Bellonapenates  
Freudeat, atque fremat, restant solatia Musæ.  
Sævaque damnantur dum prælia, docta paramus,  
Nobile pacis opus. Scelus est vincire Cainanas.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777418592/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418592/phys_0018)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777418592/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418592/phys_0019)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777418592/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777418592/phys_0020)



Quod terra eruitur, solidum mihi riser.  
 In quantum Lunam formosus Cynthius  
 Exuperat pretio numerosos æris acervos.  
 Fulgorem aspicias, aurum venerabile don.  
 Concinna & formosa facit turpissima vi.  
 Non secus ac cestus, quem cantavére Poëta.  
 Deficiant tabulae, massa est formosior aurum.  
 Quām quicquid Phidias, aut dextera pin.  
 Non sanus esse hominis, non sanus juret O.  
 Et Medici ingeminant crispanti nare cash.  
 Si quis præsumat sine nervis tendere gre.  
 Res eadem bellis ; animam motumque da.  
 Nescierit Princeps veram discernere laude.  
 Quisquis opinatur complesse per omnia p.  
 Si quo cunque modo, quāvis rem fecerit a.  
 Sordidus, ut patriam tueatur equisque vi.  
 Quis conscribendis quadrantem impenda.  
 Aurum deficiat, ne quicquam bella moveb.  
 Aurum bella gerit, mucronibus imperat  
 Pugna argentatis frameis, atque omnia v.  
 Quid majestatem sine viribus esse putati.  
 Vis belli socios, aut fortis Martis alumin.  
 Aurum cuncta dabit. Sit inexpugnabile  
 Protinus hæc omnes cataractas machina.  
 Quā gestans aurum penetrare valebit ase.  
 Tam clausum nihil est, quod non vis occi.  
 Oppida sic cepit sua callidus emtor Olymp.  
 Quando Peltae libertas concidit auro.

A3

Sic



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 013